

IN LOCO  
DE DEO SPIRITU SANCTO,  
THEOREMATA.

**S**piritus Sanctus est tertia persona divinitatis, à Patre & Filio, ab æterno procedens, distincta ab iis, regenerans & sanctificans homines.

2. Homonymia Spiritus est, quod (1) dicatur sic ventus *Joh. 3. v. 8.* (2) Angeli boni, & mali, spectra *Psal. 104. v. 4. Heb. 1. v. 14. 1. Reg. 22. v. 21. Luc. 24. v. 39.* (3) Anima hominis. *Psal. 31. v. 6. Act. 7. v. 59* (4) Vita *Jac. 2. v. 26.* (5) Motus cordis. *Psal. 51. v. 1.* (6) Doctrina Evangelii *2. Thes. 2. v. 8.* (7) Visibilis Spiritus sancti effusio *Joh. 7. v. 39.* (8) Donum Prophetiæ *2. Reg. 2. v. 9.* (9) Visio Viris Dei facta *Aroc. 1. v. 10.* (10) Deus tum quæ essentiam *Joh. 4. v. 24.* tum quæ personam Filii, *1. pet. 3. v. 18.* Spiritus Sancti *Joh. 14. v. 26. c. 15. v. 26.*

3. Spiritus vero audit 1. Quia à Patre & Filio procedit, seu spiratur, *Esai. 11. v. 4.* & dicitur hinc spiraculum omnipotentis *Joh. 33. v. 4. 2.* Movet hominum corda *Act. 2. v. 2. Joh. 3. 8. 3.* quia Deus Pater, & Filius per hunc in celo & terra operantur, *Matth. 12. v. 28.* Ego ejicio *ἐν πνεύματι θεῷ Luc. 11. v. 20. ἐν δυνάμει θεῷ Rom. 15. v. 13.* Deus repleat vos omni gratia *ἐν δυνάμει πνεύματι & ἀγίῳ* Sanctus vero dicitur, quia essentialiter sanctus est, *Esai. 6. v. 3.* & quia sanctos efficit alios. *Joh. 15. v. 26.*

4. Synonymia est, quod vocetur digitus DEI *Luc. 24. v. 49.* *ὁ δάκτυλος* *Joh. 14. v. 16* quia ipsius officium est nos consolari, hortari, patrocinio suo tueri velut advocatus, nam *παράκλητος* ille est qui ex *ὡς παράκλησεως ἔλθων συνηγορήσαι* dicente Vlpiano, & vide quæ nos ad locum citatum Johannis scripsimus in observationibus bibliis, sic & *χρῆσμα* audit 1. *Joh. 7. 27 Ps. 45, 8.* aqua viva *Joh. 7, 38. Es. 44, 3.*

5. Est vero persona, quia subsistit 1. *Cor. 2. v. 12.* vivit *Joh. 3 v. 6.* intelligit, *1. Cor. 2. v. 10.* vult. *1. Cor. 12. v. 11.*

6. Est persona divina, sive Deus (1) Expresse enim vocatur *Jehovah.* Confer *Exod. 4. v. 12. 2. Sam. 23. v. 23. 2. Pet. 1. v. 21. Psal. 78. v. 17, 18. Esai. 63. v. 10. Act. 5. v. 3. 4. 1. Cor. 3. v. 16. c. 6. v. 19, 20.* (2) Conveniunt ipsi divina attributa, immensitatis *Ps. 139, 8.* Scientiæ *Ps. 143, 10.* Omnipotentia *Joh. 14, v. 17. Heb. 9, v. 14. & c.* (3) Opera divina adscribuntur, *Ps. 33. v. 6. Joh. 33. v. 4. Jud. 6. v. 34. c. 13. v. 25. Act. 15. v. 28. c. 20. v.*